

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Perseuerancia c
in editionibus 1493/5 & 1550 cum fontibus primis

Absque perseuerantia nec qui pugnat uictoriam:
nec palmam uictor consequitur.

Nutrix est ad meritum. mediatrix ad praemium:
soror paciencie constantiae filia amica pacis
amicitiarum nodus. unanimitatis uinculum
sanctitatis propugnaculum. Tolle perseuerantiam.
nec obsequium mercedem habet. nec beneficium
gratiam, nec laudem fortitudo.

sola est cui aeternitas redditur. uel potius quae
aeternitati hominem reddit. dicente domino:
qui perseuerauerit usque in finem hic saluus
erit.

Bernardus in epistola capitulo XXXIX.

Manipulus florum (Venetiis, 1493/5), sig.B6v.

Prorsus

absque perseverantia nec qui pugnat uictoriam,
nec palmam uictor consequitur.

Vigor virium, uirtutum consummatio est;
nutrix ad meritum, mediatrix ad praemium.

Soror est patientiae, constantiae filia, amica pacis,
amicitiarum nodus, unanimitatis uinculum,
propugnaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam,
nec obsequium mercedem habet, nec beneficium
gratiam, nec laudem fortitudo.

Denique non qui coeperit, sed

→ QUI PERSEVERAVERIT USQUE IN FINEM, HIC SALVUS →
ERIT (Mat. 24:13).

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 129, 2 (SBO 7,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.323,
ll.11-16).

Denique

sola est cui aeternitas redditur, uel potius quae
aeternitati hominem reddit, dicente Domino:

← QUI PERSEVERAVERIT USQUE IN FINEM, HIC SALVUS
ERIT (Mat. 10:22).

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de consideratione*, 5,
31 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.493, ll.2-4).

Absque perseuerantia nec qui pugnat uictoriam:
nec palmam uictor consequitur
uigor uirium, uirtutum consummatio est.

Nutrix est ad meritum, mediatrix ad praemium,
soror est patientiae, constantiae filia, amica pacis,
amicitiarum nodus. unanimitatis uinculum,
sanctitatis propugnaculum. Tolle perseuerantiam,
nec obsequium mercedem habet, nec beneficium
gratiam, nec laudem fortitudo.

Denique non qui inceperit, sed

qui perseuerauerit usque ad finem, hic saluus
erit.

Bernardus in epistola 129.

Flores omnium fere doctorum (Venetiis, 1550),
fol.397v-398r.